



Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationes|| ROBERTI BELLAR-||MINI E SOCIETATE
IESV,|| DE CONTROVERSIIS CHRISTIANAE|| FIDEI,
ADVERSVS HVIVS TEM-||poris Hæreticos,||**

Tribus Tomis comprehensæ.||

DE CHRISTO CAPITE|| TOTIVS ECCLESIAE,|| QVINQVE LIBRIS|| explicata.||

Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>

Ingolstadii, [1599]

VD16 B 1607

XVII. [Soluitur argumentum Quartum].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53845](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-53845)

cit, illum subiectum fore Patrī, cui Pater subiecit omnīs; ille autem est Filius in persona sua. COMMENTARIUS Ambroſius Oecumenij, & Theophylacti accipiunt hanc Pauli sententiam de Filio Dei absolutē, sed volunt illam subiectionē non significare seruiturē, sed concordiam cum Patre, & p̄cessiōnē Filij à Patre, ira ut Filius dicatur subiectus, quia de Patre, non contrā. Sed non est opus ad has angustias ingi; possumus enim cum Ambroſio lib. 5. de fide, cap. 6. & Agustino lib. I. de Trinit. cap. 8. & Theodoreto, Primatio, dulio, & aliis in hunc locum, simpliciter exponere de qua humana Christi, quæ verè subiecta erit Deo.

Sed cur dicit, *Tunc & ipse Filius subiicietur?* tunc primum incipiet subiici Christus homo Deo. Numquid non magis fuit subiectus, quando fuit obdormiens que ad mortem? R E S P O N D E O, illud, *T V N C,* qui habere emphasis, est enim sensus. etiam tunc in illa hora subiectus Christus ut homo, Deo. Notant Græci omnes Petrum scribere ad Corinthios, qui paulò ante recesserant ab Iulio gentilium, quæ docent Deos inter se pugnare Iulium & à Ioue Filio, Saturnum Patrem regno pulsū. Quoniam igitur dixerat Paulus, Christum euacuaturum omnem principatum, & potestatem, ne putarent Corinthij iurib[us] las, à Christo etiam Patrem in ordinem redigendum, quomodo Saturnus à Ioue filio in ordinem redactus, ideo addit, omnia subiicienda Christo, præter eum, quibus iecit ei omnia; & non solum hoc, sed etiam ipsum Corinthum etiam tunc, in illo triumpho, postquam tanta fecerit, filium fore suo Patri.

C A P V T XVII.

Soluitur argumentum Quartum.

*pater solus deus
4. filius deus
200.4.7.*



VARTA obiectio ex eodem lib. 2. cap. 6. Pater est unus verus Deus, ut ipse Dominus in Ioan. 17. Agnoscat te solum verum Deum. Ellius I. Cor. 8. Nobis autem unus est Deus Pater. I. Tim. 2. Unus Deus unus & mediator Dei & hominum. igitur solus Pater est unus solus verus Deus, certè sequitur, quod Filius non esse verum Deum.

Contra

Confirmant hoc argumentum his sophismatibus; Christus est Filius unicus veri Dei, ergo qui non habet Christum Filium, non est unus verus Deus, sed Trinitas non habet Christum Filium, ergo Trinitas non est unus verus Deus.

PRAETEREA; Christus est mediator unius veri Dei, ergo qui non habet mediatorem, non est ille unus verus Deus, sed Trinitas non habet mediatorem, sed solus Pater, alioqui idem esset mediator sui ipsius; ergo Trinitas non est verus Deus, sed solus Pater. Et confirmatur; Quia Christus non docuit inuocare Trinitatem, sed Patrem suum, & orationes Ecclesie olim omnes dirigebantur ad Patrem, de quo exstat decretum Concilij Carthaginensis III. cap. 23. cuius non est alia cauſa, niſi quia solus Pater habet mediatorem.

RESPONDEO ad primum locum dupliciter. PRIMO cu Chrysostomo, Cyrillo, Augustino in hunc locum, & Ambroſio lib. 5. de fide, cap. 2. particulam, SOLVM, non restringi ad Patrem, sed extendi etiam ad Filium. Nam dictum est: *Et quem misisti Iesum Christum, ita ut hic sit ordo verborum, ut agnoscant te, & quem misisti Iesum Christum solum verum Deum.* Et affert Chrysostomus locum similem ex 1. Corinth. 9. *An ego solus & Barnabas, non habemus hanc potestatem? ubi solus, non excludit Barnabam, sed includit.*

SECUNDO & facilius dico cum HILARIO lib. 9. Trinit. solum Patrem hic dici verum Deum, sed tamen in Patre intelligi etiam Filium, & Spiritum sanctum, quae sunt personae eiusdem essentiae cum Patre, ita ut illud, solum, excludat tantum creaturas: quod autem additur: *Et quem misisti Iesum Christum, dicatur de Christo, ut homo est.* Hic igitur erit sensus; Haec est vita eterna, id est, haec est in hoc mundo via, & ratio perueniendi ad vitam eternam, ut cognoscant homines per fidem te solum verum Deum, id est, te Patrem, qui es ille Deus, qui solus habet veram diuinitatem: & praeterea cognoscant unum mediatorem Dei & hominum, quem misisti Iesum Christum.

Ad SECUNDUM idem dico. Illud enim, *Vnus Deus,* excludit falsos Deos non Filium, sicut quod sequitur, *Vnus Dominus Iesus,* excludit falsos Dominos non Patrem. Ad TERTIVM dico, Vnum Denique loco significare totam Trinitatem, a qua distinguitur Christus ut mediator, id est, ut homo; Ideo enim Paulus addidit, *homo Christus Iesus.*

Ad PRIMVM sophisma, negatur prima consequentia. Enim similis huic; Petrus est Filius vnius veri hominis, ergo qui non habet Filium Petrum, non est verus homo. tamen enim Deitas non est quid vniuersale, vt humanitas, tamen est in pluribus suppositis, & ideo vim habet vniuersalis.

Ad SECUNDVM, nego assumptionem illam, Trinitas habet mediatorem; nam Christus mediator est, vt homo non ut Deus, & ideo mediator est non solum Patris, & Spiritus sancti, sed etiam sui ipsius, quatenus ipse Deus est. Sed hoc re in vlt. lib. erit peculiaris disputatio.

Ad TERTIVM, de vsu precandi, fateor, vt plurimum orationes Ecclesiæ dirigi ad Patrem, quia hoc modo conordius terminantur, per Iesum Christum Filium tuum. Nam in Patre inuocamus o  s tres personas, vt Tertullianus docet in libro de oratione, & patet ex cōclusione: *Qui tecum sunt regnat in Unitate Spiritus sancti Deus. Fallum autem, Christum solum Patrem inuocari voluisse. nam Iosua dicit Christus: Si quid petieritis in nomine meo, hoc faciem. Matth. vlt. baptizari iubens omnes Gentes in nomine patris, & filij, & Spiritus sancti, quid aliud iubet, qu  m inuocare Trinitatem? Et in LITVRGIIS Basilij, & Chrysostomi Graecorum & in nostra etiam Latina non semel inuocatur Trinitas. Litanis quoque iam olim recepta est in Ecclesia, illa formula precandi (etiam si nolint cum nouis Arianis Lutheris & Caluinis) *Sancta Trinitas unus Deus, misere nobis.**

Pr  terea DIONYSIUS lib. de mystica Theologia, agit Trinitas superessentialis dirigē nos. Et NAZIANZUS, oratione circa finem: *O Trinitas sancta, & longanimis (erat longanimis, qua tamdiu scindentes te toleras) suscipe nos, &c. Et in oratione ad CL. Episcopos; Vale & Tunc meditatio mea, & decus meum, his velim seruern, & serua, &c.* MARIVS Victorinus in 3. hymno de Trinitate, inquit, *peccatis veniam, praesta eternam vitam, ducas nos & gloriam, ô beata Trinitas. Libera nos, salua nos, refica nos, ô beata Trinitas.* AVGVSTINV S in fine librorum de Trinitate: *Domine Deus meus, Deus Trinitas, quem dixi in his libris de tuo, cognoscant & tui: si quade meo, & cognosce & tui, Amen.*

CAPV